

Henning Wegner David Gerike

**Disputatio VII. Ad I. Inter stuprum 101. & seqq. aliquot Tituli XVI. lib. L. Pandect.  
De Verborum Et Rerum Significatione**

Regiomonti, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769828116>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autli vngi str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radou. de subfeudis.
8. Bünsow de jure deactionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bürsfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aoweloe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radou. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoop de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de conuoto vel inconvoto ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per ius canonicum perverse tentata.
34. Streit de actione quae ex mala munieris administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud sacros sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43<sup>2</sup>. de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et prasumtionen itemque juramentis  
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum recriptis eorumque usu moderno.
50. Sahne de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudus Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communi ejusdemque jure.
53. Schmid de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a b. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertive dote sua esse regula quidem, non tamen  
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotalitium serviens vidua mortua  
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in cura  
ra debiti.

DISPUTATIO VII.

269

*Ad l. Inter stuprum 101. & seqq. aliquot Tri-  
TULI XVI. lib. L. Pandect.*

DE VERBORVM ET  
RERVM SIGNIFICA-  
TIONE.

*Quam*

Dei iuvante gratiâ

Sub præsidio

HENNINGI WEGNERI, J. U. D.  
& Professoris primarii

*In Academia Regiomontana  
Publicè iuebitur*

DAVID GERIKE *Regiomons.  
Prutenus.*

*die 19. Novemb.*



REGIOMONTI,

Excudebat Iohannes Fabricius, Anno 1618.



*Magnificos, Generosos, Nobilissimos, Consultissimos,  
& Excellentissimos Viros*

DN: IOHANNEM FALCKEN-  
HAN Hereditarium in Klingenbeck DN.  
LVDOVICVM a KALCKSTEIN  
Hereditarium in Grabentin DN. GOTHO-  
FREDVM SCHARDT I. V. D. Et DN.  
MICHAELEM FRIES I. V. D.  
omnes Sereniss: Elect: Ducis Prussiae Consiliarios  
& iudicij Aulici ibidem Adseffores  
fidelissimos, dignissimos.

*Benevolos meos meorumq; fautores  
Salvare jubet officiosissime*

DAVID GERIKE

*Parva damus MAGNIS: damus at cur parvula  
MAGNIS?*

*Ut crescant MAGNIS parvula NO MINI-  
BVS.*

*Vos quibus haec data sunt VESTRO efficitote favore,  
Ut fiant MAGNIS splendida NO MINIBVS.  
Sic animabit opus nostrum favor ille, laborq;  
Cujus stat patria fixa salute salus.*

Inter stuprum & Adulterium hoc interesse quidam putant: quod adulterium in nuptam, stuprum in Viduam committitur. Sed lex julia de adulterijs hoc verbo in differenter utitur.

**D**IFFERENTIAM primò proponit inter Stuprum & Adulterium: deinde addit eandem non observatam in lege julia. Stuprum qf. turpis stupor, aut stupor pudoris. Codd. hic n. 6. et 7. † Stuprum Adulterio simplicius & generalius, quæcunq; se- defloratio honestatis l. mariti 29. §. plectitur 2. ad leg. Jul. de Adult: Sed quamprimùm vitium alienæ uxori illatum specialiter adulterii nomine cepit notari, nomen generis mansit alteri speciei, quæ præter genus formam specialem non accipiebat, & species sebat non per se, sed respectu speciei oppositæ, ut stuprum esset in viduam commissum h. l. n. l. inter liberos. 6. §. lex stuprum. 1. ad leg. Jul. de Adult: Viduam intellige quæcunq; quæ est sine duitate, non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; mulierem, quæ virum non habuisset l. malum. 242. §. viduam 3. l. h. tit: † Adulterium propriè in nupta committitur h. l. n. d. l. 6. §. 1. Hæc forma adulterii specialis est, non in verbis tantùm, sed etiam in re. † In adulterio non simplex corruptio est personæ tantùm deflorata, sed quia ista persona jam alteri juncta, & hæc per illam contumeliâ afficitur, vitatur thorus alienus: fit commixtio seminis peregrini: patri supponuntur liberi adulterini pro genuinis alendi & educandi; sæpe ex hostibus familiæ, surgunt per adulteria familia successores: in ò omnis familiarum certitudo perimitur: in familiarum confusione Respub. laeditur. leg. Wesenb. in parat. ad l. Jul. de Adult. n. 8. † Quid si conjugatus solutam cognoscat? Per debiti maritalis subtractionem injuriam uxori factam vix negari poterit: sed nec ratio nec



- juris autoritas finit, ut eandem adulterio exequemus. † Lex  
6. discrimen stupri & adulterii non ex qualitate personæ inferen-  
tis, sed ex persona patiente metitur: adulterium, ait. committi, non  
à nupto seu uxorato, sed in nuptam d. l. 6. §. 1. l. stuprum 34. §. 1.  
7. ad leg. iul. de adult. † Nec prædictæ rationes obtinent in conjugato  
cum soluta rem habeate. Postquam maritus stuprum committens  
non patitur, sed facit injuriam: num potest per ipsum uxori videri  
injuriam facta? Thorum alienum non violat: nec proprium, qui  
8. manet incorruptus & integer. † Maritale quidem debitum u-  
xori sic subtrahit, sed hoc non est satis, ut thorus dicatur violatus:  
alioqui omnis abstinence ab uxore adulterium fuerit. Non habet  
uxor à marito stupratore peregrini seminis mixtionem metuere,  
qui non concipit semen, nec ipsi miscetur, sed miscet: aut credit ali-  
qua fatua maritum ex stupro ipsum liberos suscepturum, quos uxo-  
9. ri necessum sit nutrire pro suis? † Et jus Civile, ut semper, ita  
in hac questione præclarum est & indubium, ut mirer quid Me-  
nochio diligentis. Iste lib. 2. de arbitr. jud. quest. in mentem  
venerit cas. 420. n. 105. & seqq. hoc ipsum negandi. Argutiolum  
ex l. cum qui duas. 18. C. ad leg. iul. de adult: affert, dum ibidem  
dicitur bigamum etiam stupri crimen committere: quasi sc. illa  
dictio Etiam implicet alium casum cum primo, ac si dixisset: non  
10. solum adulterium commisit, sed etiam stuprum. † Fateor di-  
ctio etiam non tantum alium casum implicare, sed etiam ple-  
rumque ut & in d. l. 18. orationem augere, & à minori ad majus  
producere: an verò stuprum adulterio specialius & majus est, ut  
recte dicatur non tantum adulterium, sed etiam stuprum commi-  
ti? imò hoc sensu rectius inverteretur: an dictio Etiam, si alium  
casum implicat, idè implicat necessariò adulterii casum? plus  
11. concludit quam præmittit Menochius. † Quem casum impli-  
cet, principium legis ostendit. ibi de adulterio, ut & in tota lege  
12. illa, verbum nullum. † Sed præmiserant imp. eum qui duas  
simul habuit uxores, sine dubitatione comitari infamiam, hanc  
implicat dictio Etiam in casu sequenti, ut sensus sit: non tantum  
13. infamis est, sed etiam crimen stupri illi infereretur. † Ab hac  
sententia jurè canonum recessam esse opinantur omnes etiam ex  
recentioribus Hotm. cons. 96. Cora. S. Toles. Si D. Ambrosii,  
Hidori,

Isidori & Augustini autoritate suffulti, qui omne in non legitima uxore commissum adulterii nomine damnant *c. nemo blandiatur sibi 4. caus. 32. quest. 4. c. non machaberis. 15. & seq. caus. 32. quest. 5.* Maritus, inquit, & uxor sunt una caro. *Gen. 2. 25. Math. 19. 6.* & maritus aequè non habet proprii corporis potestatem, sed uxor. *1. Corin. 7. 4.* unumq; corpus cum scorto maritus efficitur, qui non nuptæ etiam adglutinatur *1. Corin. 6. 16.* † Quors. fundamento Corasius sententiam Lirani & Rabinorum, adulterium cum alterius tantum uxore committi definiendum, familiæ Plutonis adscribendam præscribit. Egregiæ sc. rationes quarum causa vadimonium deseratur. † D. Ambrosius, Isidorus & Au. 16. gustinus sacrarum paginarum interpretes ibidem egerunt, non legislatores. Alia Theologis adulterii definitio est, alia Iuris. † 17. Theologus habet quærare de casibus conscientiz, eiusq; foro, de foro poli, quo ibidem homo tutus sit, ad quod necessarium est omni labe emaculatum esse, si non merito proprio, certè merito SALVATORIS applicato; Et pro defectu proprii meriti ostendendo, habet quærare de lege morali & eius exactissimâ in cogitatis, dictis & factis observatione quam requirit. *Philipp. in Loc. Com. de lege Dei. Chemnit. ibid. c. 3. & passim.* † Iustus aliud forum. 18. habet, forum huius seculi externum, nec quærit de obedientia interna, sed externa; non per se & simpliciter de cogitatis, sed de dictis tantum & factis, eademq; discriminat pro circumstantiarum diversitate ad pœnas diversi modè civili modo infligendas. † Ipse 19. Ambrosius *in d. c. nemo separat hominum leges à lege morali.* Isidorus itidem & Augustinus ibidem tradunt de lege morali non machaberis: Et verum est, ex lege ista morali quicquid in ea, quæ non legitima uxor sit, commissum fuerit, adulterii crimine damnari † Amplius ipse Christus explicat, ut qui viderit mulierem. 20. ad concupiscendam eam, iam machatus sit eam in corde suo *Matth. 5. 28. Philipp. & Chemnit. ad loc. in 6. præcept.* Ideone idem erit in lege forensi? ut eius legis severitas in eiusmodi adulteros theologicos sero ultore sit districta? † Qui ita vult, initium facit. 21. at à semetipso, examinè an salvâ conscientia in aliis punire possit, in quo semet reum repererit. Ne unum quidem Iudicem idoneum reperias: omnes & singuli adulteri, omnes: Respublicas

omnes, universitatem hominum sustuleris, si ita licet legem mora-  
 22. lem ad pœnas forenses accommodare. † Eodem modo quæ de  
 corporis conjugatorum unitate, de potestate uxoris in corpus vi-  
 ri Corasus advertit, ex Theologia advertit: Et verissimum, etsi cum  
 solutâ rem habeat, maritum peccare & delinquere; At quæstio  
 hic est de qualitate delicti, de certa delicti specie, non de delicto  
 23. in genere † Theologo in lege morali adulterium est, quicquid  
 contra pudicitiam est, quicquid huic præcepto: Non machabe-  
 24. ris, contrarium est, † An ita & Idem? qui leges suas non ex in-  
 terna cuiusq; animi tranquillitate aut animarum salute, sed ex tran-  
 quillitate publica & externa metitur. An cuicumq; Legislatori  
 forensi? Nequaquam, nec quidem in ipso DEI populo. Ipsius  
 DEI leges forenses discrimen statuunt inter adulterium & stuprum  
 simplex, & in unamquodq; pœnas peculiare. Qui mœchatus fue-  
 rit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge  
 proximi sui, morte mulcendus erat. *Levit. 20. v. 10:* at si quis  
 seduxerit virginem nec dum desponsatam, dormieritq; cum ea, do-  
 tabat eam & habebat uxorem *Exod. 22. v. 16.* Desponsata  
 erat loco uxoris *Deut. 22. v. 22.* & seqq: quod etiam de jure ci-  
 vili est, ut nec spem matrimonii violare permittatur *l. si uxor.*  
 25. 13. §. *Diri Severus. 3. ad leg. Jul. de adult:* † Maneat ergo adul-  
 26. terii & stupri differentia per jus canonicum salva & integra. †  
 Sed Modestinus nosler addit istam differentiam in lege Julia  
 servatam non fuisse. Lex Julia lata non à Cajo Julio Cæ-  
 sare, qui animum habuerat ferendæ legis, uti uxores liberorum  
 quærendorum causa quas & quot ducere vellent, liceret: *Sreton.*  
*in rim Cæsar: c. 52.* sed ab Augusto *l. 1. ad leg. Jul. de adult:*  
*Sreton: in Augusto c. 34. Menoch. 2. de arb. jud. quest: 49. n.*  
 29. qui ipse suprâ modum luxuriæ serviens, ejusdem vitii seve-  
 rissimus ultor, hanc legem in Cæsaris honorem, cui successerat  
 & à quo adoptatus fuerat *Goth. ad d. l. appellavit Juliam.*  
 27. *Coras. 2. miscell. 1. n. 8. & 9.* † Verbo adulterii & stupri  
 lex Julia indifferenter utitur: id est sine aliquo discrimine, ut  
 adulterium comprehendat stuprum quodcumq;, & stupri nomen  
 28. vicissim & adulterium. † Verborum usurpatio promiscua evin-  
 cit nec in re differentiam fuisse, non fuisse pœnam adulterii istâ  
 leg

lege distinctam à pœna stupri: si enim aliam pœnam adulterio,  
aliam stupro statuisset, eo ipso jam à stupro adulterium distinxisset,  
nec potuisset sine magna confusione stare usus utriusq; verbi pro-  
miscuus. † Cui consequens est, ab ipsa lege Iulia non inter-  
polata, adulterii pœnam non fuisse ultimi supplicii: cum eadem  
lex stupratoribus, si honesti sint, publicationem partis dimidiæ bo-  
norum: si humiles, corporis cõercitionem cum relegatione, pœ-  
nam irroget. S. Item lex Iulia 4. in f. inst. de publ. jud. † Imò; 29.  
gladii pœna non fuit, etsi duplex crimen esset, incestus cum adul-  
terio, sed pœna ad deportationem usq; tantùm exasperata l. si quis  
viduam. 5. de questionibus. † Qua ratione per legem Juliam adul-  
terii damnati manserunt superstites, ut opus fuerit istorum nuptias  
prohiberi l. mariti. 29. S. 1. ad leg. Iul. de adult. l. Claudius 13. de his quæ  
ut indign. testimonia rejici l. scio 14. l. ex eo 18. d. Testib. eodem.  
à militia arceri l. qui cum uno. 4. S. adulterii. 7. de re milit. re-  
ceptos ob id infamia notari, atq; ipsa sententia sacramento igno-  
minix causa solvi l. quod ait. 2. S. miles 3. de his qui not: inf.  
quæ omnia admodum ridiculè specialiter jure constituta sunt, si  
sententia adulteris vitam naturalem adimit, qua ademta, etiam sine  
legis prohibitione, ad ista forent inutiles. † Testantur etiam 32.  
historici pœnam adulterii ab Augusto non fuisse capitalem sreton.  
in Augusto c. 65. Tacitus lib. 1. Hist: Aug. & lib. 4. Patercul. lib.  
post. ad Vincent. Seneca 6. de benef. 32. Augustin. de civit. DE I lib. 3.  
c. 5. recenset Menoch. 2. arb. Iud. quest. 419. n. 36. & seqq. † 33.  
Nec in contrarium moveri debemus d. S. item lex. Iulia. 4. instit.  
de publ. Iud. qui habet alienarum nuptiarum temeratores ex lege  
Iulia gladio puniri: Etenim intelligi hoc debet de lege Julia in-  
genere, sub qua & aliorum constitutiones eadem de re tractantium  
positæ fuerunt, de Julia lege interpolata Menoch. d. l. n. 39. Nam  
& leges in quibusdam reformatæ, retinent tamen nomen primæ-  
rum arg. S. sed quia stipulationes. 7. Instit: de fidei commiss. heredi-  
tatib. idq; accidere primis rerum autoribus solet, ut ipsis & ea den-  
tur, quæ ab aliis postea inventa sunt. Alberic. Gentil. 1. de legat. 12.  
Reliqua argumenta Gõddœi ad h. l. & aliorum benè resolvit Meno-  
chius d. l. n. 40. & seqq. † Quando autem generali constitutio 34.  
ne adulterium factum sit capitale, propriè examinandum est in l.  
transfigerè 18. C. de transact: Divor-

## *A. S. Divortium. 1.*

*Divortium inter virum & uxorem fieri dicitur: repudium vero sponsa remitti videtur: quod & in uxoris personam non absurde cadit.*

1. † Eadem differentia proponitur ex Paulo in *l. inter divortium 19.*
2. *i. h. t.* † Repudium dictum à repudiando, quod est recusare, renunciare *l. divortium 2. §. in repudiis 1. d. divort.* Is enim qui, aut cui aliquid recusatur, quodam pudore afficitur, ut ita repudiare sit à pudore dictum, quasi pudore afficere *verschmeben* Gôdd. *hic* Repudiare ita refertur ad res quascunq; cum recusantur, nam & hereditates & alia dicuntur repudiari *l. 1. & 2. C. de repud. bon. poss. l. sicut maior. 4. seqq. C. de repud. hered.* Sed cum refertur ad causas matrimoniales, repudiari dicitur non uxor tantum sed & Sponsa, cum utraq; remotione & recusatione ejusmodi, pudore afficiatur *h. l. n. d. l. 19.* † Divortium verò specialius nomen est, ad uxores tantum pertinens *d. d. text: †* Dictum enim Divortium à diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt, qui distrahunt matrimonia *d. l. divortium 2. in prim. de divort:* quod praesupponit aliquam antecedentem conjunctionem, quæ non est inter sponsam & sponsam, sed tantum inter maritum & uxorem.
3. *§ nuptiæ Instit. de patr. potest.* † Et quod in *l. quod Serrius 8. de cond. causæ data* divortium fieri dicitur inter impuberes, id eodem modo exaudiendum est, quo & ipsæ nuptiæ ibidem inter eosdem contracta dicuntur sc. quoad intentionem contrahentium de facto, non autem de jure *Alciat. hic n. 10.*

## *Ad S. Verum est. 2.*

*Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: vitium vero perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum excussit: nam & luscus utiq; vitiosus est.*

1. † Ajunt a diles: Qui mancipia vendunt certiores faciunt emtores, quid morbi vitiove cuiq; sit *l. 1. §. 1. de adl. edict.* Quasi-rum quid ibi morbus, quid vitium? † Ex sententia Sabini & Modestini nostri in *h. l. utrumq;* quidem corporis est: sed morbus imbecillitas est; vitium impedimentum: morbus temporalis:

VITIIUM

vitium perpetuum. Omnis quidem morbus est & vitium, cum  
omnis imbecillitas, quam diu est, etiam impedimentum sit; & perpetuum  
in se contineat etiam temporis particulas: Sed sunt impedimen-  
ta sine imbecillitate, non temporalia tantum, sed etiam perpetua,  
consequenter vitia sine morbis: Veluti si talus excussit, aut si lu-  
scus sit † Homini talus est in pede, in animalibus est in cruris 3  
poplite. Talus excussit, cui talus prominet, qui naturaliter la-  
ter intra malleolos Cujac. hic. Luscus est altero oculo privatus  
Goth. hic. Vitium perpetuum intellige, quod sui natura tale, non  
quod ex accidenti, aut ex medicorum ignorantia, veluti Podagra,  
Gædd. hic n. 8. † Sed quia idem juris in morbis est, quod in 4  
vitiis, & vice versa d. l. 1. § 1. adeoq; quantum ad effectum juris  
& in re juridica inter ista differentia non servatur: nec tantope-  
rè de verborum discrimine isti sunt solliciti, ut Ulpiano non licue-  
rit illud abnegare, & adiles tollendæ dubitationis gratia bis de  
eodem idem dixisse asseverare in d. l. 1. § sed sciendum. 7. in f. de ad. ed.

*Ad § Servis. 3.*

*Servis legati etiam ancillas deberi quidam putant: quasi  
commune nomen utrumq; sexum contineat.*

Exemplum est in h. l. regulæ in l. 1. l. 40. § 1. S. h. tit. pro-  
positæ quod etiam extat in l. servis legati. 18. deleg. 3. Ejus igitur  
explicatio ex dictis ad d. l. 1. facile potest haberi: nisi quod hic in-  
super dativus aut ablativus, servis, etiam verbi proprietate rectè di-  
catur de ancillis, Alciat. hic n. 15.

*Ad l. Derogatur. 102.*

*Derogatur legi, aut abrogatur: derogatur legi, cum pars de-  
trahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.*

† De modo ferendæ legis antiquo pluribus tractat Hotman. lib. 1.  
2. antiq. Rom. c. 11. Nisi populus aut plebs rogerur, nullum plebis  
aut populi jussum fieri potest, inquit Gill. 10. not. attic. 20. Popu-  
lus rogabatur à Senatorio Magistratu, vellet jubere ne quid fieri  
§ lex est. 4. instit. de l. N. G. & C. Alciat. hic n. 1. † Sed pote. 2.  
rat ex XII. tabularum lege populus non tantum de lege nova  
constituenda, verum etiam de veteri tollenda, minuenda, augenda  
vel emendanda rogari, ut quodcumq; postea populus jussisset,  
ad jus

B

id jus ratumq; esset *Revard. ad leg. XII. tab. c. 1. § sed naturalis*  
3. 11. *Inst. d. tit. † Si lex tota aboleretur, dicebatur abrogari: si*  
*pars detraheretur, derogari: si aliquid adijceretur, subrogari: si ali-*  
*quid mutaretur obrogari h. l. n. Revard d. c. 1. Cujac. hic.*

*Adl. licet capitalis 103.*

*Licet capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimatio-*  
*nis videatur: tamen appellatio capitalis mortis vel amissionis ci-*  
*vilitatis intelligenda est.*

1. † *Causa existimationis latinè loquentibus videtur capitalis: id*  
*est latini sermonis ratio non repugnat, quòminus causas honoris*  
*appellemus rectè capitales: nam & id quod per similitudinem pro-*
2. *fertur, latinè proferri rectè dicitur. † Honor autem Viro bono*  
*ejusdem, si non & majoris pretii res est, quàm vita ipsa l. isti qui-*
3. *dem 8. § quod si dederit 2. Quod metus causa. † Liceat igitur in,*  
*communi loquendi consuetudine negotia infamiam irrogantia §*
4. *ex quibusdam 2. Instit. de poen. tem. litig. appellare capitalia. † Sed*  
*in usu juris, ubi termini propriè accipiendi, capitale nihil est, nisi*  
*quod revera quem capite privat, per quod caput de civitate eximi-*
5. *tur h. l. n. l. 2. de publ. jud. l. capitalium 28 pr. & § de poenis. †*  
*Caput aliud naturale, aliud civile: Et civile iterum vel totius ci-*  
*vilitatis, vel familiæ in civitate: Inde et minutio capitis Maxima,*  
*Media & Minima tot. tit. Inst. & D. de cap. dim. Minima capitis*  
*diminutio non tam capitis amissio, quàm mutatio est, libertatem*  
*& civitatem relinquit, familiam verò non aufert, sed tantùm*  
*mutat in commodum ejus, qui eam patitur: Igitur ne quidem poe-*  
*na est § minima 3. instit. de cap. dim. Maxima verò & Media non*  
*tantùm poenæ sunt, sed & capitales poenæ, quippe & hæc ca-*  
*put ex civitate civiliter tollit, ut sit pro mortuo § cum autem 1. Inst.*  
*quibus modis jus patriæ potest sol. l. verum est 63. § societas 10. vers. inte-*  
*rum pro soc. l. si necem 4. § si deportatus. 2. de bon. lib.*

*Adl. Natorum 104.*

*Natorum appellatio & ad Nepotes extenditur.*

*Natorum appellatio æquè lata ut liberorum, de qua dictum est ad*  
*l. nurus 50.*

*Adl.*

*Ad l. Modestinus 105.*

*Modestinus respondit. his verbis: libertis libertabusque  
meis libertum liberta testatoris non contineri.*

† Libertorum appellatione continentur & Libertæ l. liberti 172 1.  
j. h. t. eâ ratione quâ masculinum etiam porrigitur ad foemininum.  
l. i. s. b. t. † An etiam liberti aut libertæ libertorum vel liber- 2.  
tarum? Veluti si libertis libertabus legatū relidimus Et hi non habe-  
bunt legati petitionem h. l. n. l. verba §. de adm. & cib. leg. nisi  
aliunde constet de testatoris voluntate ut in l. alimema. 16. §. 1. codē.  
† Ideo non habent, quia non ut heredis heres, per illum, meam 3.  
quoque hereditatem accipit, ut meus heres dici possit l. heredi. 65. §.  
h. tit: Ita & libertus mei liberti à me accipit libertatem, sed à solo  
domino suo manumittente: qualiter nec socii mei socius, meus so-  
cius est. l. nam socii 20. pro soc. Cōdd. l. i. Nec inimici mei amicus,  
si non cum ipso simul in caput meum conspiraverit, meus est ini-  
micus: nec vasalli mei vasallus, de non feudo meo iuveſtitus, meus  
est vasallus Alciat: hic.

*Ad l. Dimissoria 106.*

*Dimissoria litera dicuntur, quæ vulgò Apostoli dicuntur:  
Dimissoria autem dicta, quod causa ad eum, qui appellatus est, di-  
mittitur.*

† Si quis litigantium sententiâ iudicis inferioris se putaverit gra- 1.  
vatum, ei appellandi facultas ad superiorem jure permissa, ab infe-  
riori non est præcludenda l. imperator. 25. de appell. † Quin po- 2.  
tius ab eò à quo appellatum est post appellationem interpositam li-  
tere dandæ sunt ad eum, qui de appellatione cogniturus est l. un. de  
lib. adm. §. † Ha litera dicuntur dimissoria, & in h. l. explicantur  
primò per aliud verbum notius, dum dicit vulgò appellari Aposto- 3.  
los l. eos qui 6. §. fin. C. de appell. Apostoli dicuntur nuncii à πῶν 78  
ἐπιστολῶν quod est remittere Alciat: hic n. 1. † Deinde explican- 4.  
tur derivatione; Dicta enim sunt à dimittendo, quod causa ad eum,  
qui appellatus est, dimittatur h. l. n. † De Apostolorum specie- 5.  
bus conventionalibus, testimonialibus, reverentialibus, restituto-  
riis, reculatoriis remissive Cōdd. hic n. 4. adde Cujac. lib. 24. obs. c. 29.

B 2

Ad l.



*Ad l. Adsignare. 107.*

*Adsignare libertum, hoc est, testificari cujus ex liberis libertum eum esse voluit.*

1. † Quemadmodum jus liberorum, quod vivente etiam Patre in rebus paternis habere videntur, non obstat patri, quo minus de rebus suis testari possit: tot. tit. inst. de exhered. lib. ita quod paterna liberti etiam dicantur liberti liberorum, l. licet 58. §. 1. S. h. tit. non est impedimento, quo minus unum vel omnes libertos huic aut illi ex
2. liberis assignare queat tot. tit. de assign. lib. † Ejusmodi assignationem Ictus hic definit Testificationem, cujus ex liberis libertum eum esse velit. Testificationem intellige qualemcunq; quibuscunq; verbis id significetur, vel nutu, testamento, vel codicillis,
3. vel etiam inter vivos l. 1. § assignare 3. l. adsignare 7. de assign. lib. † Similiter libertos accipere debemus non solum filios, verum etiam nepotes & neptēs & deinceps descendentes l. idem erit 3. § liberos 6. eod. modò assignetur ab ipsomet manumisso l. liberi 8. d. tit. Aliàs assignare non tantum ad translationem dominii, sed etiam ad solam pignoris vel custodię concessionem referri potest. l. 1. § quod si 24. de vent. in poss. mitt: Alciat: hic n. 2.

*Ad l. Debitor. 108.*

*Debitor intelligatur is, à quo invito exigi pecunia potest.*

Creditor & Debitor sunt correlata. Ergo ex definitione creditoris explicata in l. 10. S. h. tit. Debitoris quoq; definitio hic proposita, facillè resolvitur.

*Ad l. Bona fidei emptor. 109.*

*Bona fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.*

1. † Aliud titulus est, aliud bona fides. Est possessor cum titulo, sed sine bona fide, veluti qui sciens rem alienam emit. Titulus tenet, & valet rei alienę emptio l. rem alienam 28. de contrah. empti. Sed hic emptor idèd non est bona fidei l. pro emptore. 2. § separata 1. pro empt. Vice versa est possessor bona fidei, non tantum cum titulo, sed etiam sine titulo: sive revera titulus nullus præcesserit, quem præcessisse possessore

possessor credit l. q*uod* vulgò 21. *pro empt.* sive talis, qui ipso jure non  
teneat, quem tamè possessor tenere putat, facti vel juris ignorantia  
deceptus d. l. 2. § *si a pupillo* 15. & seq. *pro empt.* l. *sed etsi lege* 25. § *scire*  
6. *de pet. her.* l. *igitur* 12. §. *potest* 2. *de lib. caus.* l. *ubi lex* 24. *de usucap.* l.  
*fructu* 45. *de usur.* G*odd.* l. *hic n.* 5. & seq. † Modestinus autè in h. l. defi-  
nit non quemcunq; bonæ fidei possessorem, sed bonæ fidei emtorem:  
Intelligas sane emtorè etiam per exemplum cum G*odd.* l. *hic n.* 1. sed ne  
per id quoscunq; bonæ fidei possessores inducas, etiã qui bonæ fidei  
emtori non sunt similes. Bonæ fidei emtor non habet tantùm bonã  
fidem, sed etiam titulum, Quatenus titulum habet emtor est:  
quatenus bonam fidem habet, est emtor bonæ fidei. † Consequens 3  
est, hïc propositam definitionem ad usucapiones imprimis perti-  
nere, in quibus desideratur utrumq; & titulus & bona fides *pr. Inst. de*  
*usucap.* Titulum revera præcessisse oportet, nec fallæ causæ seu titu-  
li error solus, est pro ipso titulo § *error autem Inst eod. nisi ex facto*  
vel proprio vel ex alieno subsit justa causa erroris d. l. 2. §. 15. &  
seq. d. l. 11. *pro empt.* † Non explicat Modestinus hïc sed tantùm 4  
præsupponit de titulo: Bonam verò fidem explicat definitione:  
primò bonæ fidei possessorem dicit eum, qui ignoravit: non dicit  
ignorat, quia non est necessarium, ut semper ignoret: ignorasse  
sufficit tùm cū, usucapio inchoabatut tempore contractæ emtionis  
traditionis d. l. *pro emtore* 2. in *sine pr l. qui fundum* 7. § *qui bona* 4-  
*pro empt.* Usucapio inchoatur ipsa possessione l. *sine possessione.* 25. *de*  
*usucap.* † Possessio cum transfertur traditione, nihilominus cau- 5  
sam præsupponit ut & ipsa traditio § *per traditionem* 40. *Inst. de R. d.*  
Causa tradendi vel ante ipsam traditionem per se est, veluti emtio  
venditio quæ debet per se quoq; bonam fidem habere: vel traditio-  
ni inest, & ex eadem primum suum accipit initium, veluti per mu-  
tatio l. 1. *de rerum perm.* in qua proinde sufficit bonam fidem ex ipsa  
traditione & cum eadem intervenire d. l. 2. in *pr.* † Usucapione 6  
semel rectè inchoata, non spectatur ampliùs scientia vel ignoran-  
tia possessoris: Scire enim vel ignorare facti est: at factum ad usu-  
capiationem continuandam aded non facit, sed lex sola continuat &  
tempore finito dominium adjicit possessori l. 3 *de usucap. l. bonæ fi-*  
*dei* 48. § *in contrarium* 1. *de acq. rer. dom.* † In fructuum perce- 7  
ptione de bona malæ fide quaritur, cum percipiuntur: quia ipsa  
perceptione

perceptione acquiruntur: in usucapione verò cum possessio inchoatur. § diutina 12. Inst. de Usucap. l. unic. C. de Usucap. transform. A. qvo jure bono, jus canonicum recessit male in c. vigilanti c. fin. de prescript. de gro alibi. † Deinde Modestinus desiderat ignorantiam rei alienae. Sin res propria sit, de bona vel mala fide frustrà tradatur, cum ipsum dominium traditione domini transeat d. § per traditionem. Inst. de R. D. Ibi demum usucapione opus est, cum res aliena tradita est l. alienationis 28. s. h. tit. ea propter & ibi demum erit necessarium quari de scientia vel ignorantia. † Sed dominis alienare non valentibus veluti pupillo, furioso & similib. res propria, quantum ad alienationem, est pro aliena; & ex contrario alienare valentibus etiam si non dominis, est tanquam propria, veluti procuratori ut & Tutori in certis casibus h. l. n. Inde si à pupillo emero, quem putem esse majorem, usucapiam d. l. 2. § 15. pro emt. Non minus bonae fidei possessor sum, etsi res sit pupilli, non aliena, quia nempe tantundem est, ac si esset aliena, cum alienare non possit, cum competens Dominis alienandi potestas, ipsi restricta sit: & tantundem est, si ignorem eum talem esse, qui quantum ad alienationem sit pro non domino, ac si rem simpliciter ignorassem alienam.

10. † E contra etsi sciam rem esse alienam, existimem tamen alienantem jus alienandi habere, seu quantum ad alienationem pro domino esse, sanè quoad hanc alienationem, quae sola in usucapione spectatur, videbor ignorasse quod res aliena fuerit l. quaecunq; 13. § fin. de publ. in rem act. l. & generaliter 28. de nox. act. † Quid de dubitante? Videtur mihi decisio pendere ex definitione bonae fidei possessoris hic proposita. Si Ictus noster non alium agnosceret bonae fidei possessorem, quam qui certo sibi persuasum haberet, rem esse alienantis, aut eum jus alienandi habere: profectò dubitans bonae fidei possessoribus malè adnumeraretur: non enim tale quid sibi certò persuasum haber, eo ipso quod dubitat. At Ictus bonae fidei emptorem agnoscit quemcunq; qui rem alienam ignorat, qui putat vendentem jus vendendi habere. Certam credulitatem firmamq; persuasionem de dominio vel alienandi jure penes tradentem existente, non requirit h. l. n. † Proinde inter bonae fidei possessores stet licet dubitans. Nam & qui dubitat, eo ipso quod dubitat, ignorat, Bart. in l. admonendi n. 18. de jurei. Ignorantia rei alienae,

non tantum cum certa quadam persuasione esse potest, sed & sine eadem, qualis est in dubitante. Et Ictus tamen noster simpliciter quacunq; ignorantia contentus est. Sic & in aliis juris articulis dubitans est pro ignorante *l. de statu 15. qui test. fac. poss.* † Quod si in dubitatione constituto rem cuidam ut domino restituenti, indebiti conditionem damus, si doceri possit, hunc dominum non esse *l. fin. C. de cond. indeb.* quidni jus retentionis & per hoc usucapiendi conditionem? Nec similis erit dubitans ei, qui rem absentis, quam scit ad se non pertinere, occupat *l. fin. C. unde vi.* ei qui sibi per leges non licere usucapere, putat *l. si fur 32. § si quis 1. de usu. cap.* Uterq; enim non dubitat, sed vel scit rem alterius esse, vel certo putat sibi per leges usucapere non licere. † Quapropter dubitans, sine ulla distinctione inchoandæ vel continuandæ usucapionis mihi est pro bonæ fidei possessore. cum Vasq. *illustr. contr.* 77. n. 6. aliter ac opinatur Godd. *hic n. 3. Fachin. 1. contr.* 65. & alii ab hîs allegati.

### *Ad l. Sequester I 10.*

*Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem de qua controversia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.*

† Sequestrem rei & nominis definitione declarat. Sequestrum 1. depositi species, & sequester depositarius *l. proprie 6. l. licet 17. depos.* † Depositum contractus est re constans, de eadem gratis 2. custodienda § *preterea 3. Inst. quibus modis. re contrah. obl.* † Sequestrum itidem est de re custodienda, sed non de quacunq; re. Non est satis ut sequestrum sit, eandem rem à pluribus depositam: potest enim eadem res à pluribus etiam simpliciter deponi *l. i. in pr. § si apud 18. & seq. depos.* Oportet rem esse controversam, quæ à pluribus litigantibus deponatur *h. l. n. d. l. 6. d. l. licet 17. depos.* A litigantibus autem & tunc deponi æstimandum est, cum Iudex deponit *l. si fidejussor. 7. § fin. qui satisd. cog. iis sc.* casibus quibus sequestratio judicialis permessa est *l. unic. & ibi Dd. C. de proh. seq. pro. clu. & Godd. in tract. de sequest. per tot.* † Etenim in iudicio litigantium voluntas pendere debet ex arbitrio iudicis, cujus jurisdictioni in hoc subiecti sunt, & jam in prima subiectione generaliter

- neraliter cōsentiendo in jurisdictionem translata, exinde in omnia  
 ea, quæ inde dependent, videntur consensisse *L. cui jurisdictio 2. d. iurisd.* ut eo modo factū iudicis videatur factum partis *arg. l. si ob caus.*
5. 13. *C. de Epist.* † Nominis definitio est in verbis ultimis † Com-
  6. mittit ut res litigiosa occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt. Occurrit, qui adversum tendit, sequitur, qui post venit. *Alciat. hic n. 3.* Diverso respectu occurrit & sequitur: Occurrit fiducia deponentium quam de ipso conceperunt, custodiam ex fide bona recipit, & vicissim eorum sequitur fidem, dum sibi periculum habet, deponentes minime permissuros, ut hoc officium gratuitum si
  7. bi damno aut fraudi sit, si fortè in rem commendatam impenderit, aut ab eadem quid detrimenti senserit: *bene Gōdd. hic n. 4.* † Utrinq; fidem alterius invicem sequuntur, & utriq; fidei alterius invicem occurrunt; ut ira, dum sequester *Gellio 20. noct. att 10* inde derivatur, quod ejus, qui electus sit, utraq; pars fidem sequatur, cum hac explicatione verum sit, eodem modo & sequestrem ipsorum fidei occurrere, & eandem vicissim sequi. † Alia sequestris significationes sunt, cum accipitur pro honorario arbitro s. conciliatore: & deinde pro sponsonis custode, apud quem quisq; suam rem seorsim deponit. *Cujac hic.*

### *Ad l. Censeri. III.*

*Censeri est constituere & precipere; unde etiam dicere solemus: censeo hoc facias, & semet aliquid censuisse. Inde censoris nomen videtur esse tractum.*

1. † Duplicem Ictus videtur proponere hujus verbi significationem, ut prior referatur ad ipsam animi deliberati sententiam expressam: altera ad sententia hujus effectum & autoritatem. Quo pacto in prima significatione olim dictum videtur: Senatū censuisse, populum jussisse. *Alciat. hic.* Et cum Ictus dicit, nos dicere solere: Semet aliquid censuisse, ad primam: altero autem exemplo: Censeo hoc facias, ad secundam significationem respexisse.
2. † Caterum in jure, ubi pro nullo est, quod sine effectu est *arg. l. 5. C. de leg.* & vicissim temerè dicta absq; effectu sunt: ista differentia subtili non videtur usq; quaq; opus esse *argumento dictorum ad pronuntiatum 46. S. h. tit.* † A censendo derivat censores. Erat imprimis

Imprimis ipsorum officium censum agere, ad quod, consulibus etiam non sufficientibus, constituti sunt l. 2 § post deinde 17. de O. I. † Cujus census occasione videntur ulterius progressi ad inspectionem morum, & quæ inde sequuntur, Cujac 24. O. 7. ac si mores civium faciant ad censum augendum vel minuendum, cum malè vivendo facilè sit vires patrimoniorum minui, consequenter & gratium: maximè vero ipsosmet cives, etiam alioqvi bonos, vel solo exemplo reddi desides & ad munia Reipub. obeunda minus habiles. Sed magno Reipub. malo hoc officium, quia sc. ad pecuniarum eruscationem pertinere non videatur, hodie nusquam esse non injuria conquiratur Alciat. hic n. 4.

*Ad l. Litus II2.*

*Litus publicum est eatenus, quæ maximè fluctus exaestuant. Idem juris est in lacu, nisi is totus privatus est.*  
Iam supra fuit declarata ad l. 96.

*Ad l. Morbus fonticus II3.*

*Morbus fonticus est, qui cuiq, rei nocet.*

† Non omnis morbus fonticus est. Fonticum definit, qui cuiq, rei noceat. † Res dupliciter potest intelligi. Primò pro re, quæ morbum patitur. Huic rei morbus perpetuus idè tantum fonticus est, quia is demum nocet inprimis: morbi temporales magis ad tempus rei usum impediunt, quàm nocent l. fin. §. quotiens 1. de edil. ed. Secundò hic accipi potest res, quæ ita mediatè morbum pati videtur per rem morbosam, dum hæc usum sui præstare morbo impeditur: Veluti si personæ in judicio desidereretur præsentia, quæ ob morbum adesse non possit: Tum morbus nocet judicio quo minus procedat, & facit diem diffindi, etsi perpetuus non sit, quia sc. dici præfinitæ est pro perpetuo l. questum 60. de re jud. Cujac ad h. l. n. † Sic & hac in lege verborum significatio ex re subjecta sumenda, utro modo morbum fonticum accipiamus. Servus spado sibi laborat morbo fontico, & illi domino, qui ejus operà ad generandum uti vellet l. fin. aut 7. de edil. ed. quem non crediderim morbosum ei, qui ad alia ejus usum desiderat, fortè pro custodiendo gyneca o l. Pomponius 6. in. fin. cod. Idem judicium esto de exemplis similibus Gôdd hic.

C

Adl.

Solvendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest  
solvere.

1. † Fulloni & similibus, certo casu, si solvendo sint. datur furti actio  
§ item si fullo 15. & seq. Inst. de oblig. ex del. Si magnam partem sol-  
vere possint, non autem totum, negat Ius eos solvendo intelligi.  
Quod ita accipiendum est, ut non tantum pro parte, pro qua solven-  
do non est, sed in solidum ipse Dominus experiatur furti adversus  
furem d. § item si fullo inf. ne sc. dominus aliter compellatur pro  
parte contra fullonem, pro parte contra furem agendo, ex uno ju-  
dicio facere duo Alciat hic: At si dominus ab initio cum duobus  
contraxerit, sc. cum debitore principali & cum fidejussore: quia  
fidejussio principali debito est subsidiaria l. qui satisfacere 3. & tot.  
tit. de fidejus. per ipsum quoq; fidejussorem, si solvendo sit & ipse  
principalis debitor creditori suo potest solvendo videri l. si plures  
23. § praterea 2. eod tit. In hoc enim creditor fidejussorem acce-  
pit, ut per illum magis in securo creditum constitueretur, idq; si à  
principalis nequiret, ab ipso fidejussore. & sic vel duplici iudicio  
2. obtineret pr. inst. de fidejuss. † Solvendo esse intelligi dicitur etiam  
qui nequit satisfacere pecunià numeratà l. à Divo Pio 15. de re jud.  
etiam qui suum habet in nominibus & actionibus arg. l. is qui actionem  
15. l. 1. de r. l. l. facere 28. Sol. matr. Si sc. statim exigi aut vendi possint,  
quando purum est debitum, quod solvendum est, Alciat: hic n. 3 Item  
is, qui boni viri arbitrato defenditur l. nemo dubitat 95. j. de R. l. Cu-  
jus autem bona venierunt, etsi esse possit solvendo, tamen solvendo  
esse non præsuntur l. tres tutores 55. § fin de adminst. tut.

## Ad l. Quastio. 115.

Quastio est fundus à possessione vel agro vel pradio quid di-  
stet? Fundus est omne quicquid solo tenetur: Ager est, si species  
fundus ad usum hominis comparatur: possessio ab agro juris pro-  
prietate distat: quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas  
ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem ap-  
pellamus. Possessio ergo usus, Ager proprietas loci est. Pradi-  
um utriusq; supra scripta generale nomen est, Nam & Ager &  
possessio huius appellationis species sunt.

Dixi de hac lege ad l. ager 27. S. h. tit.

Ad l. Quisquis mihi 116.

Quisquis mihi alius filii filiusve heres sit: Labeo non videtur filiam contineri: Proculus contra: Mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. Respondit non dubito, quia Labeonis sententia vera non sit.

Filiorum appellatione continentur & filia, non alia ratione quam quia masculinum porrigitur ad sexum utrumque, de quo in l. 1. S. h. tit.

Ad l. non potest videri. 117.

Non potest videri minus solvisse is, in quem amplioris summa actio non competit.

† Debito non in totum, sed tantum pro parte soluto, cessat iuxta solutionis effectus ut ne quidem pignora liberentur l. quoad 9. de distract. pign. † Quid si civiliter debitum solverit integrum, 2. naturaliter debitum non solverit, an videbitur totum solvisse? veluti si usuras, quas ex stipulatione debet, solverit, non illas quas debet ex nudo pacto? l. in his vero 5. § imperator 2. de solut. Iureconsultus in hac lege definit non videri hunc minus solvisse; videri totum solvisse, quia in eum majoris summa actio non competit. † Naturalis obligatio relinquit in mero arbitrio obligati solvere velit nec ne l. si cui 94. § ult. de solut. Ergo vera obligatio non est, quae necessitate solvendi non adstringit § 1. Inst. de oblig. nec creditor est, cui tantum natura debetur l. creditores 10. S. h. tit. Consequenter qui natura tantum debet, nec debitor erit l. debitor 108. S. cod. nec videtur minus solvisse, si non solvat, quod nec debet h. l. n.

Ad l. Hostes. 118.

Hostes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones aut praedones sunt.

† Quae ex hostibus capimus jure gentium statim nostra sunt § 1. item 17. Inst. de R. D. quod jus reciprocum est, etiam in cives Romanos, ut capti ab hostibus servi fiant, & omnia quae juris gentium aut civilis sunt, amittant §. si ab hostibus 5. Inst. quibus mod. jus patr. pot. sol. l. itinere 3 § ejus qui 1. S. h. tit. † Queritur, quinam 2. hostes

C 2



hostes intelligendi? Hostis dicitur est ab hostiando, quod est æquare.  
 Nonius Marcellus de compendiosa Doct. c. 1. Gōdd. hic n. 2. Unde etiam  
 est redhostire, beneficium æquare referendo gratiam, & lignum  
 hostorium, quo modius æquatur Albericus Genil. 1. de jure bell. 2. Et  
 hostimentum pro æquamento Alciat. d. l. 234. n. 2. j. h. tit.

3. † Ergo hostis significatione originariā Romanis est æqualis &  
 peregrinus, qui æquo cum Romanis jure utitur. Sed postea qui  
 proprio nomine perduellis esset, is hostis vocabatur, lenitate verbi

4. tristitiam rei mitigante Cic: 1. offic: † Perduelliones diceban-

5. tur, cum quibus bellum esset l. quos nos hostes 234. j. h. tit. †  
 Bellum olim dictum Duellum, quod inter duas partes æquales de  
 victoria contendatur: & inde duelles & perduelles. Alb. Genil. d. loc.  
 Nunc dicitur Bellum quasi minus bellum & elegans Gōdd. d. n. 2.  
 & duellum nunc pro monomachia seu certamine singulari Alciat.

6. de singul. cert. c. 1. per l. v. C. de gladiat: † In hac significatione  
 hostis hic definitur: Primò hostes sunt, inter quos bellum est. Et  
 quidem si bellum publicorum armorum justam contentionem de-  
 finiveris cum Alb. Genil. d. c. 2. ista hostis definitio jam erit integ-  
 ribus sufficiens. Sed majoris perspicuitatis gratia, quòd & latro-  
 num prædonumve incurfiones possint aliàs videri habere quan-  
 dam belli imaginem: Ictus noster addit de bello decreto. † Bel-

7. lum tùm dicitur decerni, cum causis belli trutinatis & cognitis  
 statuitur bellum inferendum. Sic enim & intra Rempubl. sen-  
 tentiæ in causarum cognitionibus prolata seu pronunciatæ, dicun-  
 tur decreta Cujac. 2. O. 26. Ad quod caput referendum arbitror  
 quicquid de justitia vel injustitia bellorum dici potest. Alb. Genil.

8. d. lib. c. 5. & seq. † Nondum vero hoc satis est, Publicè decer-  
 ni bellum oportet. Verbum hoc, Publicè, & personas præsuppo-  
 nit idoneas: & includit modum belli rectè decernendi. Personæ  
 hinc inde debent esse idoneæ, debent hinc inde habere jura, quæ  
 imprimis dicuntur publica. Hæc jura majestatis sunt, quæ à priva-  
 tis injussu superioris belligerantibus violantur, & gravi supplicio

9. defendantur l. lex 12. tabularum. 3. ad leg. jul. Maj. † Ut pleraq;  
 alia gentium, sic & belli jura, usu exigente & humanis necessitati-  
 bus constituta sunt § sed us quid in civile 2. Inst. de l. N. G. & C.  
 inter illos scilicet qui aliam superiorem non recognoscunt, quo

antore

autore, vel iudice iura sua, sine bello, obtinere possent ab inuitis.  
Reliqui sub superiore, altero decertandi genere, non per vim, sed  
per disceptationem suam persequantur Alb. Gentil. d. lib. 1. c. 3.  
Vnus & necessitas in his bella non exigit. † Et merito Ictus in l. 10.  
hostes 24. de cap. & postlim. reuersis mentionem facit populi Roma-  
nini Republ. Romana, ut isto exemplo idem statueret de aliis po-  
pulo Romano, quantum ad iura populi seu publica, æqualibus, so-  
lis ad bella gerenda idoneis. † Alterum pertinebat ad modum, 11,  
ut bellum decernatur publicè, ut antea indicetur, quam inferatur  
deut. 20. v. 10. c. iustum. 1. causa 23. q. 2. Cis. i offic: videatur Alb.  
Gentil. lib. 2. de iure belli c. 1. 2. & seqq. & lib. 1. de legat. 11. & 126  
Petr. Fab. 2. Semest. 2. 3. & 4. Bocer. de bello & duello per tot: Petr.  
Gregor: de Repub. lib. 11. per tot: Bodin. 5. de Repub. 5. & 6. Vsq.  
illustr: Controv. 24. Chemnit: p. 2. in locis communib. Philipp. loco de  
vindicta p. 319. & seqq. † Cæteros, quibus taliter, aut à quibus 12.  
publicè bellum decretum non est, Ictus noster ait Latrones esse  
aut Prædones. † Latrones quasi laterones, quod latenter, infi- 13.  
diosè ac velut à latere aggrediantur. † Prædones vi apertà ado 14.  
riuntur, Marte aperto. Cujac. hic In Utrisque idem juris est, & u-  
trisque jura cum hoste communia denegata l. qui a latronib. 13. qui  
est. Jac. pos. l. 1. de leg. 3. An verò idèd quæcunq; jura gentium  
latronib. transfugis & similib. neganda sint, progreditur ultra le-  
gis nostræ terminos, de quo videantur Bodin. d. c. 6. Hotm. illustr:  
quest. 7. Alber. Gentil. d. lib. 1. c. 4. & 2. de legat. 3. Fachin. 9. con-  
trov. 53. & seqq. Speckhan cem. 1. q. 3. Farinac. cons. 53.

#### Ad l. Hereditatis 119.

Hereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam  
Hereditatem: juris enim nomen est, sicut bonorum possessio.

De Hereditate dictum ad l. nihil aliud 24. s. h. tit.

#### Ad l. Verbis legis 120.

Verbis legis XII. tabularum his, uti legasset sua rei ita jus esto:  
latissima potestas tributa videtur & heredes instituendi & lega-  
ta & libertates dandi, tutelæ quoq; constituendi. Sed id inter-  
pretatione coangustatum est vel legum, vel autoritate jura con-  
stituentium.

C 3

Ad l. Vjura

*Usura pecunia. quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est: id est nova obligatione.*

1. † Ideò quòd res debetur, debentur & fructus: at si pecunia debetur, non ideò debentur & usura. Fructus ex ipsa re percipiuntur, & inde obligatio de re, porrigitur quoq; ad fructus. Usuræ non percipiuntur ex re nummorũ, quippe de mortua sunt corpora, manu artificis excusa ad sui multiplicationem à seipsis nequaquam habilia † Occasione rei, dum illa deducitur in negotiationem, usura civiliter tantum ex ipsa negotiatione nascuntur. Et proinde & distincta non nisi ex nova obligatione, non ut principalis obligationis accessorium, sed ut quid per se debentur & à creditore percipiuntur. Addantur dicta ad l. frugem 77. in f. s. h. tit.

Ad l. Servius ait: 122.

*Servius ait. si ita scriptum sit: filio filiisq; meis hosce tutores do: masculus duntaxat tutores datos: quoniam singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. Sed hoc facti non juris habet questionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit: quod magis rationale esse videtur.*

1. † Qui filiis tutorem dat, filiabus quoq; dedisse censetur, non tantum quod dativus iste utriq; sexui sit communis Alciat. hinc n. 7. sed etiam quod filiorum appellatione & filiarum contineantur l. si quis in 16. in pr. de test. tut. l. 1. s. h. tit. † Sed si Testator adjecerit, filio filiisq;: Servius putabat numero singulari precedenti pluralem sequentem restringi ad sexum masculinum, sed Pomponius contra determinat: Primò esse ait questionem facti, quia sc. questio voluntatis est, an hoc testator senserit: Deinde addit nihil proponi, ex quo istiusmodi voluntatis conjectura sumatur: cum possit contrarium Testator illis ipsis verbis voluisse: nempe in singulari filio de Tutore prospicere, & deinde ad alios pluraliter transire. Deniq; subjungit hanc interpretationem esse magis rationabilem, Et hoc ideò, quia qui singulari numero pluralem subjicit, eo ipso à singularitate ad pluralitatem recedit: at hujus pluralitatis hæc vis est, ut porrigatur ad sexum utrumq; d. l. 16. de test. tut. & quia eadem

dem effectio paterna in filias quoque: nec ratio diversitatis hic in  
sexu: Sic quoque Testatoris voluntas plenior est.

*Ad l. Verbum erit 123.*

*Verbum, Erit, interdum etiam prateritum, nec solum futu-  
rum tempus demonstrat: quod est nobis necessarium scire; &  
cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, quod in codicillis  
scriptum erit, utrum ne futuri temporis demonstratio fiat, an et-  
iam prateriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat? Quod  
quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. Quemad-  
modum autem hoc verbum Est, non solum praesens sed & prateri-  
tum tempus significat: ita & hoc verbum Erit, non solum futu-  
rum, sed interdum etiam prateritum tempus demonstrat. Nam  
cum dicimus: Lucius Titius solutus est ab obligatione, & prater-  
itum & praesens significamus, sicut hoc: Lucius Titius alligatus est.  
Et idem fit, cum ita loquimur, Troja capta est: non enim ad praes-  
entis facti demonstrationem refertur ut sermo, sed ad prateritum.*


Grammatica explicatio verborum Est & Erit extat apud Gell.  
17. noct. att. 7. Iuridica petatur ex l. verbum oportebit § S. h. tit.


*Ad l. Haec Verba 124.*


*Haec verba: ille aut ille, non solum disjunctiva, sed etiam  
subdisjunctiva orationis sunt. Disjunctivum est, veluti cum dici-  
mus: aut dies aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli al-  
terum: item sublato altero, poni alterum. Ita simili figurazione  
verbum potest esse subdisjunctivum. Subdisjunctivi autem genera  
sunt duo: unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque es-  
se, ut possit neuter esse: veluti cum dicimus: aut sedet aut ambu-  
lat. Nam ut nemo potest utrumque simul facere, ita aliquis potest  
neutrum, veluti is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex  
propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque esse:  
veluti cum dicimus: omne animal aut facit aut patitur. Nullum est  
enim, quod nec faciat nec patitur: at potest simul & facere & pati.  
† Cajus aut Sempronius Liber, Tutor vel Heres esto. Uter ex his,  
Liber, Tutor aut heres erit? an neuter? an uterque? Nihil amplius  
proponitur quam nuda particula, aut, ex cujus significatione statua-  
tur*

2. tur de voluntate Testatoris. † Iſtam particulam Proculus non  
 3. tantum eſſe diſjunctivæ orationis voluit, ſed & ſubdiſjunctivæ. †  
 Diſjunctiva oratio Proculo in *b. l. n.* eſt, quoties diſjunguntur im-  
 mediatè contraria, quorum antecedenti poſito aut ſublato, tolla-  
 tur aut ponatur conſequens, & contra. Veluti poſito die, negatur  
 nox: negato die, ponitur nox. Zabarella in *tab. prior analyt: de ſylog.*  
*hypoth. diſjunct. p. 160.* quorum alterum necesse eſt in iis ineſſe,  
 in quibus naturâ comparatum eſt, ut inſint, aut quibus attribuun-  
 4. tur *Ariſt. de categor: c. 10. n. 6.* † Subdiſjunctivæ orationis ge-  
 nera Proculus duo facit: Primum eſt contrariorum mediatorum,  
 quorum non eſt necesse alterum ineſſe, vel in quorum medio eſt  
 aliquid *Ariſtot. d. c. 10. n. 9.* Cum ex propoſitis ſinibus, inquit, in  
*b. l. Idus*, ita non poteſt uterq; eſſe, eo ipſo ſc., quod contraria  
 ſunt, ut poſſit neuter eſſe, nempe quia non ſunt immediatè contra-  
 ria, & medium omiſſum poteſt ſolum verum eſſe; Veluti cum dici-  
 mus: aut ſedet aut ambulat. Sedere & ambulare ſunt contraria,  
 non poſſunt eſſe ſimul vera. At poteſt neutrum eorum eſſe, quia  
 non ſunt immediatè contraria, poteſt enim ſtare pendere aut de-  
 5. cubere. † Alterum genus eſt oppoſitorum ad aliquid ſeu relativè  
 oppoſitorum *Ariſt. d. e. 10. eorū ſc.* quorū alterum ſubjecto ex natu-  
 ra ſua necesse inſit, ita ut eidem utrūq; non quidem eodem, ſed  
 diverſo reſpectu ineſſe poſſit. Veluti cum dicimus: Omne animal  
 aut facit aut patitur: actio & paſſio relata ſūt, ut ubi actio ſit, ibi ne-  
 ceſſū ſit in alio paſſionem eſſe. Idem verò reſpectu ejusdem agere  
 & pati nō poteſt: Sed poteſt idem agere & pati diverſo reſpectu. Quo  
 ſenſu *Idus* rectè hic ait: omne animal ſimul & facere & pati poſſe  
 ſc. diverſa conſideratione: At nullum animal eſt, quod nec faciat  
 nec patiat, quippe animalia animata & ſentientes ſunt ſubſtantiæ,  
 quæ nūquam omnino quieſcūt. *Zab: lib. 2. de anima text. 16. Philipp.*  
 6. 2. *Phyſ. d. motu* † Si itaq;, quantum ad quæſtionem antea propo-  
 ſitam, *Cajus* & *Sempron.* in libertate, hereditate, aut tutela cōtrariū  
 nō ſunt immediata vel mediata, nec relativè oppoſita, cum uterq;  
 vel neuter vel unus eorum Liber, heres, tutor eſſe poſſit, neceſſum  
 erit ut particula aut propriam diſjungendi vim amittat. & pro con-  
 junctione accipiatur *arg. l. ſæpè 53. S. b. tit.* quod ipſum in propo-  
 ſita quæſtione controverſiis veterum amputatis expreſſè *Juſtinianus*  
 conſtituit in *l. cum quidam 4. C. de V. & R. S.*

10. 50











AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.


8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem nei bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3



77

us  
ibi  
sc.  
ap.  
um  
em  
Sa-  
m.  
ex  
m.  
ru-  
ste

ce-  
de-  
offi-  
lo-  
un-  
en-  
sch  
or-  
er  
ffe  
ar-  
ad  
ne-  
vi-  
id.  
Ex-